



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Statuta prouincialia et synodalia ecclesie Colonie[n]sis (Köln)

Colonie, 29. IX. 1492

Jncipiu[n]t capitula statutoru[m] ecclesie Colonien[sis] editorum a bone
memorie d[omi]no Henrico archiep[iscop]o Coloniensi primo facta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30901

malefactores scriptores dictarum litterarum
fautores opem et operam dictis malefa-
ctoribus prestantes et omnes qui premissa sci-
uerint et consilium fuerint nisi nobis vel pe-
nitentiaria nostro reuelent infra octo dies
postquam talia intellexerint quod in his scri-
ptis excoicamur excoicatos publice de-
nunciet et precipiat ab omnibus artibus evita-
ri et reuelari eisdem.

Contra detentores cerocensus.

Item precipimus ut vniuersi ecclesiarum
rectores moneant omnes cerocensuales ec-
clesiarum et ecclesiasticarum personarum quo-
cumque nomine censent qui cerocensus ha-
ctenus non soluerunt quod de subtractis sa-
tisfaciant infra menses et deinceps debi-
tis temporibus et statutis persoluant dictum ce-
rocensum ut tenentur. Alioquin dictos
subtrahentes et non soluentes quos ex-
coicamus in his scriptis excoicatos pu-
blice nunciet singulis diebus dominicalibus
et festiuis.

Et quilibet habeat copiam statutorum.

Item precipimus omnibus decanis christianita-
tatum et plebanis locorum ut premissorum
omni copia a sigillifero curie nostre Coloniensis
infra quindenarium recipiant et sibi fieri per-
curent sub correctione debita. Alioquin
contrarium facientes quos extunc excoica-
mus in his scriptis excoicationis senten-
tie volumus subiicere. Item decani
christianitatum nostra plebanorum sui decana-
tus ad presens absentium nobis vel officiali
nostro dent in scriptis sub pena predicta.

Incipiunt capitula

statutorum ecclesie Coloniensis editorum
a bone memorie domino Henrico archiepo
Coloniensi primo facta.

Primo contra beggardos et beggar-
das ac ipsos lumentes nouam reli-

gionem sub umbra paupertatis.
Item contra hereticos vtriusque sexus
Item contra publicos usurarios
Item contra illos qui statuta facite in pre-
iudicium ecclesiastice libertatis et nostre
iurisdictionis.

Item contra perturbatores iurisdictionis
officialis nostri et aliorum officialium iuris-
dictionem habentium.

Item contra prelatos usurpatres sibi iurisdictionem nostram et se de ea intrinsece
tentes in diocesi Coloniensis.

Item quod bona prelatorum et maxime archiepiscoporum
et episcoporum cedunt post mortem suis suc-
cessoribus.

Item contra falsarios litterarum tam sedis
apostolice quam nostrarum et ecclesie nostre ac
sigillorum eius appensorum.

Item ne aliquis alienus permittatur in aliis
quibus ecclesiis seu capellis celebrare
nisi de nostra vel officialis nostre licentia.

Item quod pro clandestino excoicatos nul-
lus debet absolueri nisi officialis Coloniensis.

Item contra absoluentes excoicatos a
nobis seu officiali nostro seu quocumque excoi-
catorum de litteris nostris et curie nostre radere
vel delere aut moneta nostra falsificare
presumunt.

Item contra illos qui truncos erigunt
in plateis publicis et oblationes colligunt
ibidem.

Item ne aliquis inducat aliquem ad sepul-
tura alibi quam in ecclesia sua eligenda.

Item quod clerici vel religiosi non donec cor-
ram iudice seculari in causis trahantur nec
eorum bona iudicio seculari arrestantur.

Incipiunt statuta predicta

In nomine sancte et indiuidue trinitatis
id est patris et filii et spiritus sancti. Amen.
Henricus dei gratia sancte Coloniensis
ecclesie archiepiscopus sacri imperii per
Italias archicamerarius. Vniuersis eccle-
siarum prelatibus rectoribus clericis et
christidelibus salutem in domino sempiternam.
Quonia humana natura longe potius